



THomas natus est Badenis Heluetiorum anno circiter 1524. Ibi cum prima literarum rudimenta didicisset, sese anno millesimo quingen-tesimo quadragesimo ad Basiliensem Academiā contulit, atque artibus & linguis præclaram operam nauauit. Cum etiam dextræ manus usum minus expeditum haberet, sinistra omnia scripsit, atque eum habitum sibi comparauit, ut præceptorum dictata celeriter exciperet, & suos cōmilitones plerūq; superaret. Tum etiam sacrī literis incubuit, atq; earum assidua lectione uerē religio nis fundamēta feliciter iecit. Eo in loco nos cōmilitones literarum fuimus, atq; nunquam inter morituram familiaritatem iniuimus. Quoniam autem sumptus n̄, qui ad studia requiruntur, ipsi deessent, post tertium annum commode accidit ut patro num aliquem nactus in Italiam sese receperit, atque Bononiæ magna assi duitate Philosophos differentes per aliquot annos audiuerit. Vbi etiam talēm rerum cognitionem adeptus est, ut merito doctissimis Philosophis connumeretur. Postea quoque Medicinæ studium coniunxit, atque sua eruditio ne effecit, ut suprema Doctorum insignia omnium acclamatione impe trarit. Deinde per aliquot annos Medicinam exercuit, atque tandem, post decennium quasi, ex Italia in Germaniam, omni genere literarum instru ctus, rediit.